

Hierin fehlten Nr. 1-3
am 10. 4. 1917 Suchier.

42.
40

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DISQVIRENS
AN ET CVR
PODAGRA ÆGRVM
GRAVIVS EXERCENS
RARIVS RECVRRAT

QVAM
AVSPICE DEO PROPITIO ET CONSENSV ATQVE AVCTORITATE
GRATIOSI ORDINIS MEDICI

PRÆSIDE

DN. JOANNE JVNCKERO

MEDICINAE DOCTORE EIVSDEMQUE PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO

SPECTATISSIMO H. T. DECANO
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMSQVE IN ARTE MEDICA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
MORE MAIORVM RITE OBTINENDIS

AD D. APRILIS ANNO MDCCXLV.

PVBLICO ET BENEVOLO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

IO. CHRISTIAN FRIDERICH KÜSTER

OSTERWIGA - HALBERSTADIENSIS.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ

Typis IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA
DISQVIRENS
AN ET CVR
PODAGRA ÆGRVM GRAVI-
VS EXERCENS RARIVS
RECVRRAT.

PROOEMIUM.



Vam dubium sæpe, incertum atque fal-
lax sit, vulgare illud, de morbo pedum
vexatissimo, præfagium: *quod, quo gra-
vius adffigat podagra, eo rarius recur-
rat*; de eo quidem, nuper modo, Per-
sona quædam illustris, fat evidens no-
bis præbuit argumentum. Quæ, cum
anno superiore, a motibus spastico-ar-
thriticis gravius adffigeretur; multi e-
rant, tum temporis, qui vehementer ægrotantem,
a podagra, chiragra, aliisque huius generis insultibus,
si non penitus, saltem ad longum temporis spatium,
immunem fore, confidentius prædicerent. Quam-
quam vero, sub ipsum anni præsentis auspiciam, le-
viores modo ex chiragra & podagra, persenserit do-
lores, ex quibus quidem nec ægrotans, nec alii
A 2 facile

PROOEMIUM.

facile tam grave periculum conicerent; motus tamen spastico - arthritici, mox in convulsivos nimiumque excedentes, mox vero in leipothymicos, immo plane deficientes demum abierunt. Non inquitam in præfenti in cauffas, tam propiores quam remotiores, tam internas quam externas, tam phyficas quam morales, ex quibus funestiffima illa motuum catastrophæ originem suam traxerit. Nobis iam fufficit monuiffè, vel ex unico ifto eventu lethali, alios enim cafus non minus funeftos lubenter prætermittimus, fatis fuperque colligi poffè, quam dubia & fubleffa fit fides iftius prædictionis, non adeo quidem infrequentis, quam, de podagra gravius adfligente, fupra iam in medium produximus. Notanter vero diximus, *dubiam* faltem effe illam ex podagra vehementiori *prognofin*. Neque enim fummo Anglorum Medico, THOMÆ SYDENHAMO, qui propria fretus experientia, fingularem de *podagra* tractatum, de fe ipfo, ad fe iftum fcripfit; neque Germanorum Medico haud minus incelebri, GEORGIO ERNESTO STAHLIO, qui *novam* nobis dedit *Podagræ pathologiam*; neque aliis, qui eandem cum illis, de *Podagra gravius ægrum exercente*, fententiam fovent, omnem plane hac in re fidem denegamus. Id modo nobis volumus hoc loco, *omnem* plane, in formanda hac prædictione, *cautio-nem* adhibendam effe, ne prognofis ifta, quæ pro diverfitate fubiectorum, ratione ætatis, temperamenti, morborum complicatorum, aliarumque rerum circumftantium, aliquando vera, aliquando autem falfa

falsâ esse potest, & Medicum fallat, & ægrotum, & cognatos, & adstantes. Quare non inutile forte erit argumentum, si hac ipsa dissertatione inaugurali disquiram: *An, & cur Podagra, ægrum gravius excrucians, rarius recurrat?* Ut autem ordine hac in re procedamus; brevem ante omnia articularis pedum morbi, quem *Podagram* adpellare solemus, dabimus *ideam*; deinde vero utramque hanc quæstionem: *an & cur?* paullo distinctius explanabimus; tertio denique, adlatis in utramque partem argumentis, ad quæstionem ipsam breviter, at sufficienter tamen respondebimus. Faxit DEVS feliciter! Tu vero L. B. hos ipsos nostros conatus qualescunque *pathologico-semeiologicos* æqui bonique confule.

§. I.

Podagra vocem origine sua græcam esse, neminem facile, nisi litterarum græcarum plane ignarum, profus latere poterit. Descendit enim *απο τῆς τῆς ποδας ἀρῆσειν, a pedibus capiendis*; & proprie quidem *pedum capturam, pediculam, tendiculam* significat, qua animalia; præsertim vero aves, capiuntur pedibus; *improprie* autem, *articularem pedum morbum* denotat, eo quod pedes hominum capiat, liberamque ipsis obambulationem deneget. Hinc male STROBELBERGERVS, ex ignorantia forte græcæ linguæ, tractatum suum de dentium doloribus, *Podagra dentium* titulo insignivit, quam re-

Explicatio nominis.

Etius omnino odontagram dixisset, si voce satis quædam visitata, *odontalgia*, vti noluisset. Qui magis latinam amant, vel cum CELSO, *morbum pedum articulare* hunc adfectum dicunt, vel sub nomine *guttæ* exprimunt Podagram, qua voce etiam Galli hodie vtuntur, qui hunc morbum vel simpliciter *la goutte*, vel cum addito, *la goutte des pieds*, adpellare solent. Germani vocant *das Zippern*, *Zipperle*, *Zipperlein*, *die Fufs-Gicht*, *das Reißen in Füßen &c.* Immo iocose aliquando, sed minus inepte, vulgo dicitur, *die Herren-Kranckheit*, quoniam, quod bene iam iam monuit GALENVS VI. *Apbor. XXIIIX.* illi vt plurimum, qui cœnas dubias exercent, crebras vini ingurgitationes reperunt, venerem immoderate foveant, & otio maxime delectantur, hoc malum facile sibi contrahunt. Vnde iam dudum, apud ipsum HOMERVM, Podagra ΔΕΑ *μισοπρωχ*, quod pauperes raro infestet, audit. Addatur ex recentioribus, celeberrimus Itatorum Medicus GEORGIVS BAGLIVVS, qui libro II. *Praxeos Medicæ Cap. VI. §. I.* communem esse hominum querelam, ait, podagram plures interficere divites, quam pauperes, plures sapientes, quam fatuos. Id quod iam ante ipsum dixerat, Anglorum Medicorum facile princeps, THOMAS SYDENHAM, in peculiari, quem iam supra laudavimus, de Podagra tractatu, qui p. 18. sibi aliisque in magnum solatium scribit: *At vero, quod mihi aliisque, licet tam fortune quam ingenii dotibus mediocriter instructis, hoc morbo laborantibus solatio esse possit, ita vixerunt, atque ita tandem mortem obierunt*

bierunt magni Reges, Dynasta, Exercituum Classium-
que Duces, Philosophi, aliique his similes haud pauci.

§. II.

Ad ipsam rem quod attinet, non vnā quidem eandemque, in constituenda morbi pedum articularis <sup>hysus rei ex-
plicatio.</sup> ratione formali, apud veteres & recentiores artis salutaris Antistites, deprehendimus doctrinam. Alii enim cum HIPPOCRATE per inflammationem; alii cum GALENO per rheumaticam defluxionem; alii vero per tumorem seu praeternaturalem partium adfectarum distensionem; alii denique, quorum maximus videtur esse numerus, per dolorem, circa pedum articulos sese manifestantem, adfectum nostrum definiunt. In eo tamen, si non omnes, plerique tamen consentiunt inter se, Podagram, pariter ac Gonagram, Chiragram, malum Ischiadicum &c. peculiarem constituere arthritidis speciem; quamquam in ipsa etiam arthritide explicanda, non vna eademque sit veterum ac recentiorum Medicorum sententia. Nam veteribus dicitur arthritidis: <sup>Definitio ar-
thritidis.</sup> dolor articularum, ortus a continui solutione, si non actuali, saltem intentata, ex materia influente, ligamenta distendente, & partes articularum nervosas comprimente. Recentiores autem arthritidem definiunt, quod sit adfectus spasticus, articulos in quacunque corporis regione, propter humores in haemorrhagicum quidem finem congestos, hic autem & illic stagnantes, aut impeditius procedentes, pertinacius adstingens, numquam vero ad salutarem illum finem, quem natura intendit, perve-

Podagræ de-
finitio.

perveniens, abiensque facile in consuetudinem. Ex quibus etiam utrorumque, tam veterum, quam recentiorum Medicorum, Podagræ definitio facile intelligi poterit; quorum illi quidem Podagram vocant: *dolorem partium nervosarum & membranosarum in pedibus, ex imbecillitate eorundem, a serosi, acris & tartarei humoris influxu, continuum solvente, ortum; his vero Podagra dicitur: spasifico - dolorifica motitatio in pede, a congestione sanguinis hemorrhoidali externa initium sumens, & nullo ibi exitu potita, consuetudine ita insolescens, ut ex levissima deinde occasione recurrat.* Priorem podagræ definitionem habet GVERNERS ROLFINC in *diff. de Podagra*, quam Jenæ habuit 1660. posteriorem vero vide in *Celeb. PRÆSIDIS Conspectu medicine theoretico-practicae, tabula de Podagra, Gonagra, & Chiragra.* Et hanc ipsam definitionem posteriorem nostram facimus in præsentem, quam breviter illustrabimus.

§. III.

Spasmus
quid?

Diximus in definitione: *Podagram esse spasifico-dolorificam motitationem in pede; hinc quid spasmus, quid dolor sit, paucis omnino erit explicandum.* Est autem *spasmus* rigida tensio & attractio unius vel plurium musculorum, in vno aut altero corporis membro, præcipue vero in artubus; unde non solum particularia illa membra, quibus movendis muscoli tales inserviunt, in situ rigido detinentur, sed etiam in musculo, immediate adfecto, rigida durities percipitur, ita, ut membra non sint in pote-

potestate patientis, donec illa rigida & sensibilis tensio remittat. Dum vero, per hanc ipsam partium porosarum contractionem densatoriam, fibra fibræ arctius iungitur, interstitia inter easdem plurimum omnino coarctantur, adeoque humores per hæc interstitia alias transprimendi, in longe minore mensura per easdem transmitti possunt. Et hæc ipsa motus tonici exacerbatio, in partibus præcipue membranosis, ubi nervi quidem intercurrunt, eoque aliquando procedit, ut pars immediate adfecta rumpi quasi videatur. Quid mirum itaque, si, ex hac partium nervosarum tensione præternaturali, fat acres sæpe oriantur dolores. *Dolor enim hoc loco nihil aliud est, quam TRISTIS ANIMÆ SENSATIO, ab intentata continui nervosæ solutione potissimum proveniens.* Scio equidem, dolorem vulgo definiri, per continui solutionem; eamque definitionem vulgarem, illi etiam amplectuntur, qui omnem alias in definiendo *angustæ* adhibendam esse, strenue contendunt. Præterquam vero, quod doloris ratio formalis neque in continuo, neque in continui solutione, sed in tristi animæ sensatione proprie quærenda sit; nec verum adeo est, quod vulgo quidem creditur, continui solutionem proximam esse doloris causam. Illud quidem verum est, ubi est tendentia solutionis continui, seu nifus vel conatus, ut continuum naturale nervosum in corpore vivo sentiente solvatur, ibi adest dolor, & in vicem versam; solutio etiam continui supponit quidem causam aliquam solventem, & soluta unitas, quod dolor ac solvens quoddam antecess-

tecesserit. Quod vero omnis dolor ipsam continui solutionem necessario consequatur, aut solutam unitatem inducat, minus recte colligitur; siquidem praeternaturale illud tendens, findens, scindens, finem suum, continui solutionem non semper assequi valet; quod si vero scopum suum plene consequatur, dolor ipse statim cessat.

§. IV.

Varia dolorum genera.

Quemadmodum vero motus causarum, continui solutionem minitantium, *varius* esse solet, (alius enim est tendens, premens, pungens, vellicans, vibrans, torquens; alius est ardens, frigus inducens, rodens, pruriens, formicarum instar repens, & quae sunt reliqua): ita varia inde oriuntur dolorum genera, dolor nempe *tensorius, compressorius, compunctorius, vellicatorius, vibratorius, contorsorius*; porro dolor *estuosus, refrigeratorius, corrosorius, pruriginosus, formicatorius*, & sexcenta alia dolorum genera. Taceo nunc varios *dolorum gradus*, quorum alii longe *remissiores*, alii vero longe *intensiores* esse solent. Variat etiam dolor ratione *loci* atque *temporis*; ubi alius *fixus* magis est, *constans* & *perpetuus*, alius vero *vagus, inconstans*, aliquando tamen *periodicus* esse deprehenditur. Iam si Podagra, ex omnium consensu, motitatio est admodum dolorifica, quaestio hic oritur, ad quodnam dolorum genus Podagra potissimum pertineat. Respondeat ad hanc quaestionem, testis omni exceptione maior, expertus ille Rupertus, THOMAS SYDENHAM, qui loco supra

supra iam citato p. II. hac de re sequentem in modum differit: „Sanus lecto somnoque committitur; „hora vero secunda post mediam noctem excitatur a „dolore, pollicem pedis vt plurimum occupante, „quandoque vero calcaneum, suram aut talum. Hic „dolor eum refert, qui ossium dictorum dissociationem comitatur, cum sensu quasi aquæ tantum non „frigida, partis adfectæ membranæ adfusæ. Mox „sequitur rigor cum horrore, & febricitatione aliqua. „li. Dolor autem hic primo remissior gradatim intenditur, & pari passu rigor atque horror recedunt, „idque in singulas horas, donec tandem sub noctem „ad apicem pervenerit, se ad varietatem officulorum tarfi & metatarfi, quorum ligamenta obsidet, „perbelle accommodans. *Nunc tensionem violentam, vel ligamentorum istorum dilacerationem, nunc morsum canis rodentis, quandoque pressuram & coarctationem exprimens.* Ad hæc, ita vivum exquisitum, „que habet sensum pars adfecta, vt nec linteorum „super incumbentium pondus, nec cubiculi a fortiori ambulatione concussionem ferre valeat. „ Adantur Germanorum nostrorum testimonia, quorum emphatica verba STAHLIVS in *diff. de Podagra nova pathologia Capite I.* retulit. Immo vero, inquit, ipse *sensus doloris*, exquisitius a patientibus descriptus, est eiusmodi *tensorius, vellicatorius, vibrativus, palpitatorius*, quem proinde vix villo alio termino exprimere solent, *als durchs Reissen*. Loquaciores vero, addit, multiplici quasi genealogia, indolem, & genus doloris huius ad *tractiones* referendo, adpellant: *Reissen*,

Qualis sit dolor podagricorum.

sen, Zerren, Ziehen, Zucken, hin und wieder fahren, fechten, wüten, toben; es lebe alles drinnen; es lauffe wie Ameisen; es arbeite drinnen, als ob Nadeln hin und wieder fuhren; es reiße sie noch ganz zu Schanden; es sey, als ob alles zerreißen und zerpringen müßte. *u. t. l.* Ex quibus facile colligimus, sensum dolorificum Podagricorum præcipue quidem esse tensorium, pressoriumque, ita tamen, vt a reliquis dolorum generibus, non facile immunes relinquuntur.

§. V.

Occupat pedis
inferioris partes.

Est dolorifica motitatio *in pede*; in partibus nempe pedis inferioris, in *tarso*, *metatarso*, præsertim vero in *pollice pedis*. Rationem huius phænomeni anatomicam, cur pedis pollicem potissimum infestet Podagra, iam dudum nobis dedit, quem supra iam laudauimus, GVERNERVS ROLFING, qui *l. c. cap. 6.* hunc in modum disserit: „*Vie* sunt *arterie*, „propagatae ab *iliaca*, quæ abdomine egressa vocatur „*cruralis*. Hæc varias cum emisit propagines, quæ „*musculæ* dicuntur, *indivisa* tendit ad *poplitem*, & „*popliteam* constituit. Hæc iterum in duos diffilit „ramos, quorum externus tantum *tibiæ externam* „perrepat partem, alter penetrat *furas*, & *furalis* „dicitur. Hic sub *planta pedis* disseminatur, & ad „*pollicis* vsque *musculum* tendit. Per hanc arterio- „*lam* primo omnium peccantes humores in dolori- „bus podagricis ad *monticulum pollicis lateralem*, qui „*illico* & omnium primo dolore adfici solet, deferun- „tur.” Ceterum non tam ipsos pedum articulos, eorum-

rumque cavitates, quod multi quidem volunt, sed potius partes illorum vicinas tendinosas, nervosas, membranofas, ligamentofas, proximum esse adfectus dolorifici subiectum, ex iis, quæ de intentata continui solutione §. III. diximus, facile intelligitur. Quem admodum vero Podagra a gonagra, chiragra, malo ischiadico reliquisque arthritidis fixæ speciebus, non nisi ratione *loci* fere differt: ita ab *arthritide vaga* Podagræ differentia ab aliis moribus spastico-arthriticis. tam ratione *loci*, quam ratione *ætatis*, & *ordinis*, immo ratione ipsius *pertinaciæ* & *durationis* omnino discernitur. Arthritis enim vaga per varias corporis partes vagabunda oberrat; legatur hac de re elegantissima GVILHELMI MVSGRAVE *de Arthritide anomala, sive interna* dissertatio; podagra autem in pede parvo fixum locum tenet. *Illa* iuniores maxime adgreditur, & Podagram antecedit; *hæc* autem anniores potissimum corripit, & arthritidem demum excipit. *Illa* quidem adeo pertinaciter non adfligit, periodumque citius absolvit; hæc autem diutius non solum inhæret, graviusque pedes discrutiat, sed, quod in ipsa definitione iam monuimus, ex levissima sæpe occasione iterum recurrit. Quando autem a NENTERO aliisque in *regularem* & *irregularem* Podagra dispescitur; ea quidem Podagræ distinctio, hoc loco, non nisi de regulari vel irregulari eius recursum intelligi debet. Experientia enim constat, quod statim omnino temporibus e. g. *vere* & *autumno*, in quibusdam regulariter recurrat; in aliis vero certum tempus plane non observet, eosque media etiam ætate, licet non adeo frequenter, adfligat.

§. VI.

Differt ratio-
nie paroxyf-
morum.

Variis constat podagra *paroxysmis*, tam maioribus, quam minoribus; tam gravioribus, quam levioribus; mox rarius, mox frequentius recurrentibus, quorum indolem eleganter plane exprimit THOMAS SYDENHAM l.c.: „Postquam, inquit, per aliquot dies pedem v-
„trumque exercuit Podagra, qui sequuntur paroxyf-
„mi abnormes sunt, tum quoad tempus invasionis,
„tum etiam quoad durationem; hoc tamen vbiq-
„servant, quod dolor noctu recrudescat, mane vero
„remittatur. Atque ex serie horum *paroxysmulorum*,
„sit verbo venia, constat Paroxysmus, qui dicitur
„Podagræ, diuturnior breviorque, pro ægri ætate.
„Neque enim censendum est, quoties quis cum hoc
„morbo ad menses duos vel tres fuerit conflictatus,
„vnum illum paroxysmum fuisse, sed seriem potius
„& catenam paroxysmulorum, quorum posterior qui-
„libet priore & mitior fuit & contractior, donec tan-
„dem materia peccante prorsus absumta, æger pri-
„stinam obtinuerit sanitatem. Quod in *vegetioribus*,
„& iis, quos Podagra rarius invilit, diebus sæpe qua-
„tuordecim fit; in *senioribus*, atque iis, quos sæpius
„adfixit, duobus mensibus; iis vero, qui vel *annis*,
„vel diuturniore morbi mora *fractiores* iam sunt, non
„prius valedicit, quam ætas iam adultior eam fuga-
„verit. Et paucis interiectis: cum Podagra, inquit,
„ante hac non nisi exeunte hyeme soleret invadere,
„post duos tresue menses pro more recessurus; iam
„per annum integrum vexat ægrum, demptis duo-
„bus vel tribus mensibus calidioribus atque æstivis.

Et

„Et quod insuper est observandum, quem admodum
 „paroxyfimus maior sive generalis protractior quam
 „olim fuerat, invenitur; ita etiam paroxyfmi isti
 „particulares, ex quibus generalior componitur, sin-
 „guli diutius sæviunt. Cum enim ante hac particu-
 „lares isti non vltra vnum alterumve diem excrucia-
 „verint; iam vbiunque sedem figant, maxime si
 „pedes vel genua occupaverint, non ante diem deci-
 „mum quartum castra movent.” Alia itaque est ra-
 „tio Podagræ demum *incipientis*, alia denique
 Podagræ iam iam *senescentis*. Deinde alia est ra-
 „tio paroxyfmi *mitioris*, alia parum *vehementioris*, al-
 „lia denique paroxyfmi longe *atrocissimi*. Vbi tamen
 ad variam insimul ipsorum *ægrorum ætatem, tempera-*
mentum, ægotandi dispositionem, tam hereditariam
quam adscititiam, sensibilitatem, vitæ genus, & quæ
 sunt reliqua, curate semper respicere debemus, si de
 Podagra gravius ægrum exercente, rectum aliquod
 iudicium ferre velimus. Gravius enim adfliguntur
 viri, in ætate consistente vel senectute viridi consti-
 tuti, quam senes plane decrepiti. Acriores sentiunt
 dolores sanguinei, & sanguineo-cholerici, præ phleg-
 maticis, aut phlegmatico-melancholicis. Citius
 omnino, si non vehementius, Podagra corripuntur,
 qui infelicia morbi semina a parentibus, quasi per tra-
 ducentem, acceperunt, vel immodicæ Veneri præmatu-
 rius indulserunt, edaciores insuper fuerunt, & liquo-
 res spirituofos immoderatus hausserunt, præsertim
 vero corporis exercitium, adeo necessarium, negle-
 xerunt penitus.

§. VII.

§. VII.

subiectorum
Podagrae spec-
cialior confi-
deratio.

Quantum lucis adferat caussarum cognitioni, *spe-
cialior subiectorum*, huic vel illi morbo præ aliis obno-
xiorum, *consideratio*; si non aliunde satis superque
iam constaret, vel ex hoc ipso articulari pedum mor-
bo facillimo plane negotio colligeres. Tantum e-
nim abest, vt sexus vterque, quælibet ætas, quod-
libet temperamentum, quodlibet vitæ genus, capia-
tur pedibus; vt potius vel maribus, vel senioribus,
vel honoratioribus, vel ditioribus, *sanguine* potissi-
mum *abundantibus*, exclusis aliis fere omnibus, pe-
dum capturæ honos vnice ferme relinquatur. De
Quoad sexum. sexu recte quidem iudicat ARETÆVS *de diturn. lib.*
II. cap. XII. viros facilius, rarius vero mulieres ten-
tari podagra. Et HIPPOCRATES *VI. Aphor. XXIX.*
Mulier, inquit, podagra non laborat, nisi quidem men-
strua defecerint. Sed, quam fallax iam suo tempore
factus sit hic Aphorismus COI, SENECA testis est
locupletissimus, qui *epist. XCV. p. m. 787.* hunc in
modum scribit: „Maximus ille Medicorum, & huius
„scientiæ conditor, feminis nec capillos defluere di-
„xit, nec pedes laborare. Atqui hæc iam & capillis
„destituuntur, & pedibus agræ sunt. Non mutata
„feminarum natura, sed vita est. Nam cum viro-
„rum licentiam æquaverint, corporum quoque vi-
„rilium vitia æquaverunt. Non minus pervigilant,
„non minus potant, & oleo & mero viros provocant,
„Æque invitis ingesta visceribus per os reddunt, &
„vinum omne vomitu remetiuntur. Æque nivem
„rodunt, solatium stomachi æstuantis. Libidine vero
„nec

„nec maribus quidem cedunt. Quid ergo miran-
 „dum est, maximum Medicorum, & naturæ peri-
 „tissimum, in mendacio prehendi, cum tot feminæ
 „podagricæ & calvæ sint? Beneficium sexus sui vitiis
 „perdiderunt, & quia feminam exuerunt, damnatæ
 „sunt morbis virilibus.„ Interim de Anglorum se-
 xu feminino bene monet SYDENHAM p. 19. quod
 Podagra feminas perraro infestet, easque non nisi
 iam vetulas & viragines, seu corpore masculorum
 habitum æmulantes. De Germanorum autem mu-
 lieribus *Celeb. PRÆSES I.* iam c. perhibet, quod fe-
 minæ rarius quidem hoc malo adficiantur, quæ ve-
 ro eidem obnoxie fiant, sint plethoricæ, hæmorrhoi-
 dariæ, cælibes, & in his malum ischiadicum semper
 fere præcedat. Addatur ipse STAHLIVS, qui *diff.*
 supra iam laudata *Cap. II.* de sexu sequiori hunc in
 modum differit: *Revera rariores occurrunt femine ve-
 ra Podagra laborantes; sed potius vel gravibus hy-
 pochondriaco - hysteriis paræmatibus, vel vaga ad
 minimum arthritide, aut manifestioribus varicibus
 crurum. Quæ vero obnoxie huic malo sunt, omnes
 fere incipiunt ab Ischiade, & communissime manifestis,
 immo in consuetudinem apertam deductis hæmorrhoidi-
 bus, deinceps emanentibus.*

§. VIII.

De temperamento illorum, quos pedum mor- Quoad tempe-
ramentum.
 bus potissimum adfligit, recte iterum refert *Anglus*
 noster p. 9. quod, qui huic morbo sint obnoxii, crania
 habeant grandiuscula, habitu corporis vt pluri-
 mum



mum sint pleniori, humido & laxo, & constitutionem habeant omnes luxuriantem virosamque, ditissima atque optima vitæ stamina; non quod Podagra eos solum adoriatur, qui crasso & corpulento habitu donantur, cum aliquando etiam, etsi rarius, graciles ac macilentos invadat. De *cranio grandiusculo*, seu *capite ampliore & diffusiore*, quod vulgo quidem tribuitur pedibus captis, ita forte sentiendum esse videtur, quod id magis asseratur ex antiqua ista hypothefi, quasi catarrhalis materia, in capite seu cerebro ampliore coacervata, deinde ad articulos vel manuum vel pedum defluat; quamquam etiam corpori laxiori & diffusiori perraro caput arctum & exile infideat. Quod autem de habitu corporis pleniori, humido & laxo, & de constitutione luxuriante ac virofa illorum adferitur, qui pedibus laborant, testatur de istorum *statu* admodum *pletborico*, præcipuo huius mali fonte. Ad *graciliores* vero quod attinet, quorum pauciores sane occurrunt; certe vel manifestam partium musculosarum turgiditatem præ se ferunt, vel, quod probe hic notandum erit, vel olim, vel ante parvum forte tempus, singulari corporis laxitate fuerunt conspicui. Rarissimum vero visum fuerit, exquisitè gracilem, & valde capacibus simul venis instructum, vera & exquisita Podagra laborare, nisi hæreditaria adsit dispositio. Ex quibus omnibus recte omnino inferit Ill. PRÆSES l.c. quod Podagræ familiariter obnoxii sint homines sanguinei, sanguineo-cholericæ, sanguineo-melancholici, immo etiam de phlegmatico temperamento participantés, verbo:

bo: qui habitus corporis sunt laxi & spongiosi. Quando autem de *etate* illorum, quibus pedes maxime dolent, eadem pagina contendit SYDENHAM, quod Podagra eos plerumque *senes* invadat, qui postquam melioris vitæ dies mollius ac delicatius transegerint, epulis lautioribus, vino, aliisque liquoribus spirituosius liberalius indulgentes, tandem ob pigrum, ætatis ingravescens semper comitem, ea corporis exercitia penitus omiserint, quibus iuvenes adsuverant; illud sane non de ultima hominum ætate, de *senectute* nempe *decrepita* tantum, sed de *senectute viridi* & *media*, immo etiam de *etate* virorum consistente intelligendum esse videtur. Ordinarie enim viri consistentis & provectioris ætatis, prægressa florida & sana iuventute, si reliquæ adsint causæ, articulari pedum morbo imprimis corripiuntur; rarius certe ætas iunior, nisi ex labe hæreditaria, motibus hæmorrhoidalibus præmaturis, vel ex nimio vini, iræ, veneris abusu. Ratio autem cur *virilis* & *senilis ætas* tanto præ aliis dignetur honore; ex motuum congestiorum diversitate, ratione *ætatis*, facile peti poterit; conf. STAHLII *diff. de fundamentis morborum ætatum*. Quemadmodum enim motus humorum congestorii, teste experientia, ætate *infantili* & *puerili*, supremam corporis cavitatem, *caput* nempe potissimum occupant; ætate autem *adolescencie* & *iuvenili* ad mediam corporis cavitatem, ad *pectus* & *thoracem* potissimum contingunt; ita demum ætate *virili* & *senili* infimam corporis cavitatem, *abdomen* atque *artus extremos*, manuum pedumque maxime, molestant.

stant. Ceterum quæ a PASCHALIO, SCHENCKIO, HOLLERIO, aliisque adferuntur exempla, de *infantibus podagra laborantibus*; valde vereor, ne illi vaga potius arthritide, vel aliis moribus rheumatico-spastico-convulsivis, quam vera podagra laboraverint.

§. IX.

Quoad prævi-
am corporis
dispositionem.

Vel heredita-
riam.

Duplicem hic notamus corporis *dispositionem* præviã, qua quis est aptior præ aliis, ad articulares pedum dolores eo promptius & facilius subeundos; quarum altera est *hereditaria* & connata, altera vero est *adquisita*, partim per inordinatum vitæ genus, partim per varios morbos, vel ægri, vel Medici aliquando culpa, corruptos. Et quidem ad connatam seu *hereditariam* dispositionem quod attinet, illa iis potissimum obtingit infantibus, qui a parentibus generantur isto tempore, quo ipsimet adfectibus spastico-arthriticis laborant. Cumque hi adfectus in motibus & conatibus movendi maxime consistant, quibus tacita memoria infantes imbuuntur; mirandum plane non est, si in prima statim infantia & pueritia, varios podagricorum motuum prodromos sentiant, e. g. perfrequentes & impetuosas hæmorrhagias narium, dolores dentium, molestas sensationes in artubus, spasmos, rheumatismos, & quæ sunt reliqua. In ætate juvenili satis mature varios motus spastico-arthríticos experiuntur, qui aliquando ante virilem ætatem, in ipsos artuum extremorum dolores, in chiragram, gonagram, podagram facile

facile abire solent. Alii, quibus ea a natura felicitas contingit, vt a parentibus sanis, sani prognascantur, dum Bacho & Cereri diu noctuque litant, omnemque ferme vitam otio ac deliciis transigunt, ex una quidem parte plethoram, & spissitudinem sanguinis mirum quantum adaugent, ex altera vero parte, immoderato atque præmaturo Veneris usu, vires corporis immodice prorsus dilapidant; motibus sane humorum congestoriis, eluctatoriis, spastico-rhevmaticis, portam pandunt latissime. Qui motus spastico-rhevmatici, nisi quantocius per alexipharmaca, temperantia & leniter diuretica, interne, externe autem per camphorata & nervina omni cura sollicitè fugantur, in habitum arthritico-podagricum facile desinunt. Accedit, quod, dum pedes modo dolere incipiunt, maxima plerumque impatientia, *ad leuissimam queque iracundi*, falsis sæpe & supervacuis quiritationibus, ab indignatione illorum magis, quam a nimio pedum dolore proficiscentibus, semetipsos misere discrucient.

§. X.

Spastico-dolorificam motitationem in pede, *unde oriatur congestione sanguinis hæmorrhoidali externa initium* podagra. sumere, sed nullo ibi exitu potita, pedes maxime adfligere, & consuetudine ita facile insolescere, vt ex leuissima deinde occasione recurrat, adseruimus in definitione. Hancque ipsam *proximam* esse articularis pedum morbi *causam*, ex iis, quæ de subiectorum consideratione specialiori in medium produximus, facile

cile colligimus. Quod si enim generatim ii omnes, qui sanguine potissimum abundant, viri præsertim, aliquando tamen etiam femina plethorica & hæmorrhoidaria (§. VI.); quod si illi maxime, qui habitus corporis laxi & spongiosi, ac in ætate virili & senili constituti sunt (§. VII.); quod si denique isti, qui vel hæreditaria vel adscititia gaudent dispositione, ad motus spastico - arthriticos eo facilius atque promptius subeundos, præ aliis omnibus pedibus laborare solent (§. VIII.). Jam vero quotidiana ferme constat experientia, quod in eiusmodi subiecta motus hæmorrhoidales præcipue cadant, qui, cum fine suo, sanguinem superfluum evacuandi, non semper potiantur, varicosa sanguinis compressione intentata, varios motus contentiosos excitant. Quod si tandem innumera illorum exempla addamus, qui Podagra, præsertim ab Ischiade cæpta, iam plurimis paroxysmis cruciati, obortis hæmorrhoidibus, & bene postea succedentibus, per multos annos, ad serum usque senium, immunes ab omni Podagra manserunt. Contra, quos largior hæmorrhoidum fluxus, post insignes motus spastico - arthriticos ortus, ab horum dolorum immanitate penitus ferme liberavit, impeditus vero, in pristinos motus tendentes, prementes, pungentes, vibrantes, oppido coniecit. Nemo facile erit, nisi rerum medicarum omnium plane fuerit ignarus, qui non ingenue fateri debeat: causam Podagræ materialem esse plethoram; efficientem autem principium vitale, quod congestione hæmorrhoidali externa frustrata, motus suos versus artus extremos dirigit;

caus-

causam vero formalem, dolorifica circa pedum articulos moritatione, potissimum absolvi. Quemadmodum vero motus istiusmodi, sæpius repetiti, facile abeunt in consuetudinem; ita iterum patet ratio, cur ex levissima sæpe causa, præsertim vero ab iracundi animi pathematibus, utpote motuum turbas, longe ultra proportionem vel subiecti, vel obiecti intendentibus, non modo promte, sed etiam satis ferociter recrudescat Podagra. Atque ita opus esse plane non videtur, ut cum HIPPOCRATE, FIENO, ten RHYNE, aliisque ad *peculiarem materiam flatusosam*; cum GALENO, & qui hunc sequuntur magno numero, ad *catarrhales a capite ad pedes defluxiones*; cum WILLISIO, ad *acetositatem succi nervei*, cum alio liquore, naturæ alcalinæ in massa sanguinea *effervescentis*; cum BLANCARDO ad nervorum obstructions; neque cum ipso SYDENHAMO, qui optimam alias de Podagra nobis dedit historiam, ad *labefactatam tam in partibus, quam in succis corporis universis concoctionem, & spirituum animalium defectum*, in explicanda Podagræ causa proxima, confugiamus.

§. XI.

Sufficiant hæc de natura, indole, atque causis Podagræ, pro instituti nostri ratione, breviter dixisse. Ex quibus tamen facile intelligitur, optimam sane esse, simplicissimam tutissimamque viam, articu-
Quam ratione optime tollatur.

lari pedum morbo, manuum aliorumque membrorum morbo spastico - arthritico obviam eundi, quam Celeb.

PRÆ-

PRÆSES loco sapius iam dicto, ineundam esse iubet: Podagra, inquit, est morbus Dominorum; unde qui hoc malo cupit liberari serio, servus fiat necesse est, hoc est, vitam commodam ac otiosam in laboriosam commutare debet; hæc enim sola causam Podagræ, plethoram nempe, removeere potest. Idque ipsum consilium, licet non adeo iucundum, saluberrimum tamen, quo malum istud dolorificum, nisi admodum sit inveteratum, vel hæreditarium, funditus extirpari posse, iure optimo contendit, casu admodum notabili confirmat PRÆSES noster, quem curatius pensitandum omnibus ac singulis iterum iterumque commendamus. Sed nunc pergimus ad ipsam illam prognosin; quod, quo gravius adfligat Podagra, eo rarius recurrat. Ita enim SYDENHAM sentit p. 13. Si ultimus paroxysmus agrum pessime multaverit, sequens paroxysmus, non nisi anno ad idem punctum revertente, denuo accedet. Et p. 17. Namque hoc in morbo, inquit, dolor amarissimum est nature pharmacum, qui quo vehementior est, eo citius præterlabitur paroxysmus, atque insuper & longior erit intermissio, & magis perfecta, & vice versa. Idem sentit STAHLIVS, qui Cap. III. diss. sapius iam laudatæ: „Certe, vero minime, ait, ommittenda est illa circumstantia, quo magis exquisite torquet, & doloribus sensibilibioribus exercet patientem, eo non modo brevius, sed & perfectius deinde periodum suum terminet, ipsumque patientem alacriorem & vegetiorem, diutius etiam a novo insultu immunem relinquit.“ Cui NENTERVS, alique plures assentiuntur. Dubiam esse

Transitus ad prognosin: Quo gravius adfligit Podagra; eo rarius recurrit.

esse hanc prognosin, supra indicavimus; adeoque breviter non solum explicanda, sed & certis quibusdam limitibus circumscribenda erit ista prædictio. Loquitur hæc prognosis non de Podagra gravius *in-solefcente*, seu diutius inveterata, de qua recte iudicat SYDENHAM p. 17. quod, vbi quis ad multos annos Podagra laboraverit, dolor singulis paroxysmis gradatim imminuatur, tandemque ægritudine potius conficiatur quam dolore; sed de Podagræ quodam singulari *paroxysmo*, eoque *atrociore*, immo *atrocissimo* loquitur. Neque de Podagra *irregulari* seu *anomala*, quæ vel ab incongrua medicatione, vel ab aliis causis tam internis quam externis diversimode turbatur, ita vt pedibus aliisque artubus extremis relictis, arima sua versus partes corporis nobiliores, cum maxime sæpe vitæ periculo, dirigat; sed de Podagra *regulari* & *fixa* hic sermo est, quæ pedes solummodo gravius infestat. Neque ista prædictio de Podagra, cum aliis morbis aliquando gravioribus *complicata*, sed de *simplici* articulari pedum morbo intelligenda esse videtur. Vnde status controversiæ ita, ni fallor, formandus erit: An, & cur Podagra simplex, fixa, agrum gravius adfligens, rarius recurrat?

Quæ explicatur, & limitatur.

§. XII.

Quod si itaque laudata ista prognosis, his ipsis, quos iam diximus, limitibus, paullo arctius circumscribatur: quod nempe, Podagra simplex, fixa, agrum gravius exercens, rarius recurrat; hoc ipso quidem

Quo sensu prognosis veritas.

D

quidem sensu satis vera esse videtur prædictio. Quo magis enim *Plethora*, primaria huius morbi causa, per graviolem Podagræ paroxysmum consumitur, ægerque ipse post paroxysmum, quod bene monet STAHLIVS, in prognosi modo adducta, *alacrior & vegetior* relinquitur, eo diutius a novo insultu immunis sit necesse est. Nisi quidem prægressorum dolorum facile immemor, ad pristinum vitæ genus otiosum, intemperans, deliciisque omnibus refertum, sanus modo factus æger, illico redierit; vbi mirandum plane non est, si plethora, causa morbi redeunte, ipse morbus adeo dolorificus, contra datam prognosin, facilius & frequentius recurat. Dicis: quo maior est paroxysmi imperus, eo minor esse solet, tam sensibilis quam insensibilis perspiratio; quo minor autem est materiæ halituosæ & serosæ perspiratio, eo minor fieri potest plethoræ consumtio; quo minor fit plethoræ consumtio, eo frequentius recurrere debet Podagræ paroxysmus. Respondeo: licet sub ipso paroxysmo vehementiore, vbi pori arctius constringuntur, tam sensibilis, quam insensibilis transpiratio multum omnino impediatur, primis enim horum dolorum temporibus, vel nunquam, vel rarissime sudant ægri, nisi forte præ anxietate aliquando; tamen per hos ipsos motus vibratorios, vellicatorios, conquassatorios, sanguinis spiffi partes continuo atteruntur, resolvuntur, & ad faciliorem, finito paroxysmo, secretionem & excretionem disponuntur. Quamprimum enim imperus, motu tonico iterum relaxato, non nihil remittit; insen-

insensibilis non solum perspiratio, sed & lenis plerumque mador, non raro etiam copiosus sudor, ex parte præcipue adfecta, cum magno ægri levamine succedit. Non dicam in præsentem, quod, qui pedibus laborant vehementius, vel ob adpetitum admodum depravatum, vel ob dolorum immanitatem, per longum tempus parum edant, plus vero aquæ bibant, quam vini, ad sitim fere continuam debellandam, quæ ex ardore isto volatico, comite huius morbi ferme perpetuo, oriri solet. Ex quibus omnibus facile adparet ratio, cur Podagra, si habitus corporis floridus, succulentus, & abundante sanguine plenus, gravioribus istis motibus colliquatoris, penitus ferme exhauriatur, mora longiori interposita, rarius recurat. Quamquam id negandum non sit, quod per hæmorrhagias naturales a natura, per artificiales a naturæ ministro, per motum vero corporis assiduum, moderatum, diuturnum, ab ægro ipso, plethora longe melius & facilius consumatur, quam per frequentiore ad motus istos præternaturales recursum.

§. XIII.

Fallit autem ista prognosis sæpe numero, si vel de Podagra cum aliis morbis *complicata*, vel de *anomala & retrograda*, vel etiam de Podagra *diutius inveterata*, male quidem intelligatur. Tantum enim abest, ut Podagra, diuturna consuetudine *habitualis* iam iam facta, rarius recurat, ut potius statis quidem temporibus, *vere præsertim & autumn*o, a-

D 2

liquan-

liquando etiam ipsa *hieme*, regulariter recurrat, vel per annum fere integrum, demptis modo duobus vel tribus mensibus calidioribus æstivis, ægrum modo gravius, modo levius adfligat. Ad Podagram autem *anomalam* seu *retrogradam* quod attinet, quæ vel Medicorum imprudentia, vel ipsorum ægrorum culpa, ab artubus extremis, ad partes corporis nobiliores internas retropellitur, cum lethalem sæpe exitum post se trahat, rarius omnino, immo nunquam forte recurrit. Oprandum vero esset, ut a partibus nobilioribus ad ignobiliores, ad artus nempe extremos, tam facile recurreret Podagra anomala. Cæterum, res sane altioris est indaginis, uti bene monet *Celeb.* noster PRÆSES, quod Podagræ repulsio ex artubus ad interiora, tam infausta consecraria, eaque satis velocia plerumque coniuncta habeat. Certe, qui considerat, paucas illas sanguinis guttulas, quæ spasticis illis contentionibus exagitantur, non facile crederet, quod illa ipsa ad interiora repulsa, tale infortunium producere possint. Hinc non tam in *materiam*, quam *motus pertinaciam*, culpa reiicienda esse videtur. Natura enim, quæ intentione sanguinem evacuandi occupata est, quando in externis partibus turbatur, ad interiores partes se convertit, & in quocumque viscere vitali eosdem motus pertinaces strictorios & expressorios instituit. Vnde stases humorum inflammatoriæ, in hepate, liene, ventriculo, aliisque visceribus abdominalibus, cum febre acuta, facile oboriuntur. Tandem neque de Podagra cum aliis morbis *complicata* valebit ista prædictio.

dictio. Complicatur vero non solum cum doloribus lumbaribus, renalibus, & nephriticis, sed etiam cum aliis vitiis & læsionibus abdominalibus, pariter ac pectoralibus. Quotiescumque itaque ex alia quacumque causâ morbi complicati recrudescunt, toties ipsi etiam motus spastico - arthritici pristinam aperunt scenam; quam nos quidem in præsentî claudimus, ex LVCLIANI Fragopodagra, voto sane exoptatissimo :

*Lenem, o ubique gentium celebrata afferas dolorem o
Podagra!*

*Levem, facilem, non acutum, brevem, haud servientem;
Tolerabilem, facile desinentem, parum validum, ambulationes non impredientem.*

*Multi sunt modi miserorum;
Sed exercitia dolorum, & consuetudo Podagricos soletur.
Ideoque æquo animo, o Complices, obliuiscimini
Dolorum. Si ea quæ placent non sunt,
Tamen etiam præter spem accidentibus viam invenire
solet Deus.*

*Quisvis sustineat Podagra laborantium
Deludi & derideri;
Talis enim huius morbi natura est.*



NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO
JO. CHRISTIANO FRIDERICO
KÜSTERO

MVL TAM PRECATVR FELICITATEM

IOANNES IVNCKERVS.

Res per se inuisa est hominibus PODA-
GRA; & profecto dolenda sunt eius
fata. Illi enim, cum quibus adhuc
paullo mitius agere solet, risu ab aliis exci-
piuntur, idque duplici potissimum ratione,
quia nimirum sua ipsorum culpa, tamquam
diætæ lautiori & vitæ otiosæ dediti, in hunc
morbum implicantur, & deinde, quia præter
insignes dolores nullum præsens vitæ impor-
tat periculum. Vnde etiam multi poda-
grici, vt hoc deuitent ludibrium, *leuiores*
PODAGRÆ tentationes congestionum rheu-
mati.

maticarum nomine callide dissimulare conantur. Quodsi vero acerrime ac vehementissime homines exercuit PODAGRA, hanc non pauci ferunt sententiam, ad longum illam temporis spatium facturam esse inducias. Recte igitur, DOCTISSIME KÜSTERE, hac TVA disertatione inaugurali id TIBI sumfisti, ut ad veritatem de fallaci illa sententia arbitreris, simulque viam ostendas nobiliorem ac perfectiorem, qua illis incedendum est, qui PODAGRÆ *rabiem* numquam cupiunt experiri. Quare non possum NOBILISSIME CANDITATE, pro studio illo atque affectu, quo TE ex eo tempore, quamprimum in meam hic HALAE peruenisti notitiam, semper prosequutus sum, non vehementer letari, TIBIQUE de summis Doctoris honoribus ex animo gratulari; quum præsertim intellexi, TE per quinquennium, in variis Musarum palæstris, ingenio ardore & discendi cupiditate, in optima quævis & publice saluberrima studia incubuisse. Ex hoc enim quilibet facile poterit

terit colligere, egregium doctrinae thesaurum in patriam TECUM esse allaturum. Equidem in spem venio, fore, ut in posterum fructum capias studiorum vberimum, nixusque haud lubricis gradibus in curriculo TVO ad metam feliciter procedas. Age igitur, NOBILISSIME KÜSTERE, ut expectationem, quam PATRIAE CARISSIMÆ ac PARENTIBVS SVAVISSIMIS fecisti, solidis diligentiae speciminibus sustineas, atque his effice, ut non magis præceptorum, quam PATRIÆ IPSIVS suffragia consequaris. Quod reliquum est, pro mea in TE voluntate, omne humanitatis genus vltro TIBI polliceor, & si quid pro muneri ratione potero, prolixè offero, nihilque magis habeo in votis, quam ut de ægrotis optime merearis. Itaque vale, DOCTISSIME KÜSTERE, & rebus vtere secundissimis. D. a. d. VI. Aprilis
MDCCXLV.

Als Medritinens Aug der Söhne Chor durchlief,
Und manchen Doctor sah, der annoch lernen mußte,
Was der gezwungne Artzt bey Molieren wußte,
Sanck die Betrübte hin, bis ihr die Wahrheit rief:
Getrost! Du kanst dich wohl an Rüstlers Geist begnügen,
Und durch desselben Kraft Morbonens Wut besiegen.

mit diesen wenigen Zeilen wolte sich in des Hoch-
geehrtesten Herrn Doctoris geneigtes An-
denken gehorsamst empfehlen Desselben ganz
ergebenster gehorsamer Diener und wahrer
Freund

Christ. Fried. Seld.

Mesomarch. Opp.

Bergönnne, Werther Freund, daß heut zu Deinem
Ruhme,

Ein Opfer ächter Lust in meinem Herzen brennt.

Hygaa weyhet Dich zu ihrem Eigenthume,

Und will, da sie schon längst Dein gründlich Wissen
kennt,

Daß Dein so muntreer Fleiß soll schuld'gen Lohn em-
pfangen;

Drum läßt sie Dich nunmehr im Doctor-Hute prangen.

Hierüber äussert sich in meiner Adern Gänge,

Die Freude, die mein Kiel Dir hier zu lesen giebt.

Der Höchste mehre Dir der Jahr' und Lebens Länge,

Und segne, was Dein Fleiß und auch Dein Wissen übt.

E

So

So wird Dein wahrer Ruhm aufs höchste noch getrieben,
Und Deinem Vaterland zum Denkmahl eingeschrieben.

Durch diese wenige Zeilen wolte seine Schuldig-
keit bezeigen und zur rühmlichst erhaltenen Do-
ctor-Würde seinem hochzuehrenden Freunde
Glück wünschen

Carl Wilhelm Schmidt,
aus Breslau in Schlesien
der Arzney-Wissenschaft Beflissener.

Es hält zwar schwer, wenn man nach Wissenschaften
strebt,
Eh' man die Milch, den Kern, das Marx daraus lernt
saugen:

Jedoch wer ordentlich, klar, deutlich und belebt
Durch fortgesetzten Fleiß sich solche stellt vor Augen;
Dem giebet der Beschluß zuletzt gewonnen Spiel.
Drum muß man nur nicht gleich im ersten Anfang weichen;
So trifft Beständigkeit auch das erwünschte Ziel,
Und selbst Minerva wird die Segel vor uns streichen.
Dis, werthgeschätzter Freund! häufft Deine stolze Ruh,
Da Meditrine Dir ietzt ihren Schmuck anleget.
Du hast es wohl verdient; ich wünsche Glück dazu;
Mein Herz bleibt Dir getreu, so lange es sich reget.

Hienit wolte sich dem geneigten Andenken seines
vielgeliebtesten Freundes und Herren Bruders
bestens empfehlen

Gebh. Gottl. Grundmann,
B. N. B.

Mein

Mein Freund, wie soll ich wohl verweilen,
Da mich so Pflicht, als Liebe treibt,
Dir meinen Glückwunsch zu ertheilen,
Den wahre Freundschaft unterschreibt?
O nein! der Hut, der Dich heut zieret,
Erwecket auch in meiner Brust,
Indem er Deinen Fleiß gebühret,
Der ächten Freundschaft rege Lust.

Du hast durch edle Fleißes Proben,
Durch Deinen forschenden Verstand,
Dich nunmehr so empor gehoben,
Daß jedermann an Dir erkannt,
Dis sey der rechte Lohn der Mühe,
Womit Dich Hygiene schmückt,
Und daß er noch mehr nach sich ziehe:
Der Fleiß bleibt ja nie unbeglückt.

Der Vorsicht Huld wird Dich erheben,
Denn sie erkennet Deinen Werth;
Und wird Dir überflüßig geben,
Was andrer Einfalt stets entbehrt.
Da Du nur nach der Weisheit rangest,
So ist die Weisheit, Glück und Ruhm
Das, womit Du nunmehr prangest,
Ja Dein bestimmtes Eigenthum.

So steige denn! entfleuch dem Neide!
Steig durch Verdienst! genuß die Frucht
Zu Deinem Glück, und meiner Freude
Die Du in Wissenschaft gesucht.
Laß aber auch in künftigen Jahren,
O Freund, wie Du bisher gethan,
Mir Deine Freundschaft wiederfahren,
Die ich nicht gnugsam schätzen kan.

G. F. H.

Cand. Theol. Wernigerodanus.

Da sind, geehrter Freund! die angenehmen Stunden,
 Worin Dein edler Fleiß vollkommne Früchte spürt,
 Hygää hat den Kranz bereits vorher gewunden,
 Womit sie diesem Tag den würd'gen Scheitel ziert.
 Wie tapfer zeigst Du Dich in den gelehrten Kriegen,
 Darin des Gegners Kunst zu überwinden denckt,
 Doch Deine Wissenschaft muß endlich dennoch siegen:
 Drum nimm den würd'gen Lohn, den Dir Hygää schenckt.
 Mich dünckt, ich seh Dich schon bey tausend Kranken-Betten,
 Wo Schwachheit, Schmerz und Furcht das nahe Ende dräun,
 Durch die gelehrte Kunst den Nest des Lebens retten,
 Schien gleich der Krancke icht des Todes Raub zu seyn.
 Erfüllt des Himmels Huld, was Lieb und Freundschaft setzen,
 Und läßt er meinen Wunsch nur in Erfüllung gehn:
 So werd ich mich mit Lust an Deinem Wohl ergötzen,
 Und Deinen Glücks-Polar in stetem Glanze sehn.

Johann Anton Heres
 Cand. Theol.
 aus Osterwick.

Sie groß, gelehrter Freund, der Vorzug Deiner
 Gaben,
 Kan heute jedermann aus Deinem Vorber sehn,
 Dein Fleiß den viele schon mit mir bewundert haben,
 Hat solchen wohl verdient, drum muß es auch geschehn,
 Und so wirds weiter gehn, Du wirst noch höher steigen,
 Dies wünschet ieder Freund, der Dein Verdienst nur
 kennt,
 Und eben durch den Wunsch will seine Pflicht bezeigen
 Der sich, gelehrter Freund, stets Deinen Diener nennt.


H. C. Küster,
 Stud. Theol. Bernburgensis.


01 A 6513



VD 78
VD 77







42.
40

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DISQVIRENS
AN ET CVR
**PODAGRA ÆGRVM
GRAVIVS EXERCENS
RARIVS RECVRRAT**

QVAM
AVSPICE DEO PROPITIO ET CONSENSV ATQVE AVCTORITATE
GRATIOSI ORDINIS MEDICI

PRÆSIDE

DN. JOANNE JVNCKERO

MEDICINAE DOCTORE EIVSDEMQUE PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO

SPECTATISSIMO H. T. DECANO

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMSQVE IN ARTE MEDICA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
MORE MAIORVM RITE OBTINENDIS

AD D. APRILIS ANNO MDCCXLV.

PVBLICO ET BENEVOLO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

IO. CHRISTIAN FRIDERICH KÜSTER

OSTERWIGA - HALBERSTADIENSIS.

HALÆ MAGDEBVRGICAE

Typis IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.

